

simul ipsius honorum illi partem largitur. Hanc igitur consuetudinem...

CONSTIT. XXIII. NE PRÆSIDES IN PROVINCIIS SUIS DOMESTICA SPONSALIA CONTRAHANT.

Idem Imperator eidem Styliano. Igitur hercle humano ingenio magistratumque virtute esset...

CONSTIT. XXIV. NE FILII NATURALES CUM ADOPTIVIS MATRIMONIUM CONTRAHANT.

Idem Imperator eidem Styliano. Multi dum prisca tempora laudibus celebrant, prima illis in ordinandis...

virilemque donationis propter nuptias indulget, sed & virilem in aliis mariti bonis...

CONSTIT. XXV. DE EMANCIPATIONE, ET DOTIS RESTITUTIONE.

Idem Imperator eidem Styliano. Quae a veteribus Imperatoribus de emancipatione confuta sunt, eximia illa quidem...

CONSTIT. XXVI. UT 29 EUNUCHI ADOPTARE POSSINT.

Idem Imperator Styliano excellentissimo sacrorum officiorum magistro. Agnum sane excellensque donum a Deo creatore ad mortales...

laricum, Calliodorus 8. variat. Desiderio concordia hanc est per arma filii. Idem...

Constit. XXIX. Ut ancillarum partus apud alium editus, ad ipsius &c.

tum non ita erga omnes servavit, ut omni defectu vacuum beneficium daret...

CONSTIT. XXVII. UT PARITER 8 OMNIBUS 2 ADOPTARE LICEAT.

Idem Imperator eidem Styliano. Unum eos qui sua industria rem aliquam humane vite utilem adinvenerint...

CONSTIT. XXIX. UT ANCILLARUM PARTUS APUD ALIUM EDITUS, AD IPSIUS DOMINUM SEQUATUR.

Idem Imperator eidem Styliano. Quomodo hunc feromonem, qui nullam prae se fert mendaciam...

berorum amissorum, l. 5. de adopt. 12 Eunuchis & mulieres improles adoptare...

tatum illos relinquunt heredes? Porro & illud etiam Imperatoria nostra Majestas...

CONSTIT. XXVIII. QUO TEMPORE 22 ET A QUIBUS RERUM SUARUM ADMINISTRATIO ADULTIS CONCEDI DEBEAT.

Idem Imp. Styliano excellentiss. sacrorum officiorum magistro. Quandoquidem hoc etiam legislatoribus recte placuit, ut minoribus curatores...

CONSTIT. XXIX. UT ANCILLARUM PARTUS APUD ALIUM EDITUS, AD IPSIUS DOMINUM SEQUATUR.

Idem Imperator eidem Styliano. Quomodo hunc feromonem, qui nullam prae se fert mendaciam...

1 Theodoros Hierulorum regem filium sibi fecit, Calliodor, 4. Variat. & Julianianus Atar...

24 Novell. 22. Novell. 30. 25. Locus maximus sumptu 17. Actus 2. Harms. 4.

rium pro arbitrio usus est. At dixerit aliquis: Sed si quid in illam, dum possidet, impendit, oportet & ipsum ex pretio lucrari: ideoque alienum non est parum apud ipsum permanere. Atqui si quisquam ad decemendum forum hoc rationem praeberet, quomodo ut ille matrem sequi debeat, a domino perlolutum pretium non majorem praebebit? Quin quomodo convenientius non est, si qui perdidit, indeque dolores in corde perulit, ex accessione delinquentium sentiat: quam si ille eam habeat, qui praterquam quod nihil amittit (ab illo enim qui furto subdactum ancillam ipsi vendidit, pretium recuperare licet) ancilla etiam ministerium lucratus est? Neutiquam ergo (quomodo diximus) detineatur partus, sed quemadmodum matrem sic etiam filium prior dominus habeat. Nive enim qui furto committit, dives fit, tumque ipsi quod male accepit, ejus pretium reddat, nihil amplius negotii restet: five mortuus aut vivus adhuc inopia laboret, ut quae lex a furibus exigit, exolvere nequeat, tum vero quoque qui ancillam amittit, ejus calamitatem filii cum matre receptione delinuit æquus sit.

CONSTIT. XXX.

DE MULIERE QUÆ VIVO MARITO ALIOS DE MATRIMONIO COMPELLAT I.

Idem Imperator eidem Styliano.

UT quum leges reipublice inutiles deprehenduntur, necessario illas iusta reipublica providentia in melius transformant: ita quoque ejusdem providentia munus fit, ut leges recte constitutas, nihilque subditos contristantes a male constitutis subditosque contristantibus feligat, hisque illas anteponat: praeferunt vero quando eadem de re duæ inter se pugnant leges statuantur. Quomodo enim ratione futurum sit, si quum duces atque prefecti ex peioribus præstantiores eligantur, & qui in gubernatione ad subditorum utilitatem omnia facturi putantur, præponantur: non item ex legibus, quibus donec reipublica consistat, præesse datur, quum contra temporanea ducum præfectura fit, non præstantissime, sed peioris notæ, quasque neque a principio innotuisse decessisset, ad gubernacula deducantur? At quorsum hæc a nobis dicta sunt? Justinianus ille, cujus diadema præter religionem subditorum, cura etiam decoravit, quum prius de solutione matrimoniorum functionem edidisset: ut si mulier marito etiamnum supersit de matrimonio cum altero agat, non amplius illam, ut ipsius membrum ipsi jungi liceat, sed eum indiciatix ab ipso avellatur: postmodum si ipsi ipse contradicens, ob hanc causam dirimi non permittit matrimonium. Nos itaque priorem hominis voluntatem, ut quæ his ipsis quæ statuit roboratur, & adversus matrimonia invidias præcedat humana vite conducibiliorum esse intelligentes: eam lege lata in reipublica observari jubemus: quam vero cantata palinodia evulgavit, eam in reipublica nostræ theatro locum invenire non permitimus. Si qua igitur marito adhuc vivo, de contrahendo matrimonio cum altero sermone habuisse deprehendatur, ut quæ se ipsa nefario proposito abruerit, & matrimonii solutione ab illo abstrahatur, & profecto etiam pecuniariorum penis, quibus quæ aliis modis a maritis avellantur, obnoxie sunt, subijciatur. Quæ enim matrimonii compage in unam carnem cum marito coitit, non acquiescit autem, sed simul ad alium respiciendo, creatorem qui illam conjunxit, contumelia afficit, simul in maritum hostili animo est: quomodo non iuste hæc quum prius se ipsa a conjunctione profusa abruerit, abscindatur? Et hæc quando mulier protervo proposito oculum a membro suo aversens, in alienum respicere gessit: quæ alia signa & testimonia ipsam in maritum hostilia cogitare delideres?

CONSTIT. XXXII.

UT QUE MULIER MARITI ODIU ABORTAT, REPUDIARI AB ILLO POSSIT I.

Idem Imperator eidem Styliano.

QUI hominem e terra creavit, costa ipsius in mulierem transformata, adjuvante 12 illi ex ipsius membris conjunxit, quo videlicet sue creationis causam illa cognoscens, vel hinc discat, qua lege erga conjugem, benevolentiam atque amorem incontaminatum conservet. Quæ igitur ita animata est, benevolentiamque suam marito custodit, revera illa auxiliatrix est, neque conditoris promissum fallit: quæ vero diverso animo est, non amplius neque hoc esse cognoscitur: neque quoniam conjugium in unum illam cum marito cogere annuum fuerit, caro ex carne, membrumque ipsius cum marito cogere de muliere, quæ propter inimicitias quas cum marito habet, de industria abortando 13, neque in vite lucem sortum producendo, feminis ipsius fructum opprimit, duæ leges late sunt, quarum una 14 repudiare injuria affectum maritum jubet, altera 15 vero non permittit: nos, legi divortium suadenti assentientes, illi ut multo utiliori autoritatem attribuimus. Alienum enim mihi a ratione, profisque iniquum videtur, ut quæ tam apertum in maritum odium suscepit, ut ipsius semen disperdat (ut interim omittam, quod communi naturæ infidiat) ipsi cohabitent. Nam si 16 qui alicui alii operi damnum inferunt, eos tanquam inimicos averfamur: quomodo eam quæ procreant-

1 Dimittenda, ex Nov. 22. c. 16. §. 1. neglecta Nov. 117. c. 8. & ita reductur ad Nov. 22. 2 A sponsa interdam in jure occurrit. 3 Nov. 22. c. 16. §. 1. 4 Nov. 117. c. 8. in fin. 5 Saltem non numeratur inter causas repudiij conjux, quæ proterve oculos a marito in alium conjicit. 6 Gen. 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 5. Leo. 16. 7 Hæc est de volentis separationis sit. Nuptias de animo & affectu fieri, quemadmodum & stuprum, ad de Matth. 5. vers. 28. 8 Tertull. lib. de volentis separationis sit. 9 Exat apud a. Harm. 12. c. 6. 10 Ut Nov. Justin. 22. c. 16. §. 1. fuerat constitutum: omnium vero in Nov. 117. c. 8. in fin. 11 Genes. 2. 12 Mulier ex viro & propter virum. Tertull. 5. advers. Marcionem. Cf. lib. de volentis separationis sit. 13 De abortum videt. S. ff. ad Cor. de fidei. l. 29. ff. de penis. 14 Nov. 22. c. 16. §. 1. 15 Nov. 117. c. 8. in fin. 16 Exaggeratio criminis abortionis. 17 d. Nov. 117. c. 8. §. 5. ubi si nolente viro foris donum manferit. 18 Nov. 22. c. 16. §. 2. Nov. 117. c. 8. §. 4. ubi si cum viro extraneis volente marito cohabitaverit.

dorum liberorum operi, tum maxime necessario, tum præstantissime noxam fecit, ipse qui damno affectus est, ut suam apud se habere poterit, nec ut infidelicem & hostem dimittet? Quomodum evidenter signum requiritur ut mulierem marito inquit esse cognoscens? quomodo & inde manifestum non est, quod dum adversus illum hostilia cogitat, in vitam progressum privatur? Quomodo igitur dictum est: lex quæ ipsos leparat, obtinet, maritusque fecedendi a muliere in hoc facinore deprehensa, facultatem habet. Nam si quæ solum extra 17 ades manit, aut cum hominibus cum quibus non deceret convivata 18 est, hæc lex a nexu matrimonialiter separata (quum tamen hic in maritum odium nullam tam evidens testimonium sit, & accidisse id illi citra matrimonii injuriam videri etiam possit) cujus rationis erit, eam quæ tantum, tamque in maritum & naturam injuriam odium conceperit, non disjungere, si ita marito videtur, & jubere ipsum uxorem habere, quæ ipsius vitæ indidit?

CONSTIT. XXXII 19.

DE ADULTERII MANIFESTO 20 DE PREHENSIS 21.

Idem Imperator eidem Styliano.

ADULTERII scelus, si quod aliud, gravem horrendamque poenam exigit, & (ut puto) homicidii poena non 22 minore. Homicida enim per sepe unius tantum sanguinaria manu vitam evertit: scelestus vero adulterij perpetrator quum plurimos 23 fere de medio tollit, maritum, liberos, cognatos, aliosque, dum uno vulnere dilacerato matrimonio omnes prostrat. Verantamen quia, cum olim id facinus morte 24 puniretur, visum est posterioribus mitiorem proferre sententiam: ac vero non fere ad benigniora trahitur: quam illi constituerunt, poenam ut nempe nasus 25 detestandis illis ambobus abscindatur, hæc & nos statuimus. atque hæc quidem nefarii istius sceleris elto poena. Ac quoniam maritum pro tanta injuria citra consolationem relinquere non oportet, in matrimonij sui injuria mulieris 26 dotem percipiendæ se consolatur. Insuper mulier ad alteras nuptias profuturæ, neque, quasi in nati abscisione premium accepit, libere in posterum se cum libidinosis commiscere, nequaquam permittitur: sed ob scelus commissum, in monasterium (ubi in contritione animæ leviorē sibi poenam faciat) velut in exilium detrahitur. Et, si monastica vitæ delectio correpta, illam suscipere, quæcumque ipsius bona a dote separata sunt, ea liberi & monasterium inter se distribuunt: si liberi nulli supersint, pro illis parentes, & si neque hi sint, alii cognati ad divisionem inducuntur. Quod si in prophano habitu et vite excedat, cum testamenti factionem omnino habeat, prout illa constituerit, quæ bona extra dotem habuit, dispensabuntur.

CONSTIT. XXXIII.

NE 27 CAPTIVORUM UXORIBUS ALIIS NUBERE LICEAT 28.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI qui olim leges tractantur, eo fuisse animo, ut profus sua quam in illis correctione nonnulla indigerent, corrigi tamen nolent, suspicatos esse: forsitan nunquam hoc consilium suscipiessent, ut leges, quæ se se recte non habent, corrigere tentent, & tamen acta reipublice cura, quo videlicet recte illa administrantur, necessario correctionem innoxisset: ut ne tamen primos legislatores contristare viderentur, qui nos in hoc impetus ferret, inhibuissent. At quoniam illis quoque ipsis, si etiamnum in vivis essent, non modo illorum institutum, qui corrigere conantur, non displicerent, sed eosdem etiam qui ita faciendum censerent, his gratias acturos arbitror, (non enim glorie causa, sed quod reipublice commoda curæ haberent, leges edidere) agere quæ reipublice conducant, neque illis ipsis veteribus legislatoribus displiceant, facientes, exactiore consideratione, seu medicamento quodam Peonio 29, legum morbos proprio Deo curemus. Supra cætera etiam ubi de captivis sanxerunt, hoc caput, in quo de matrimonij dissolutione statuerunt, valde rationi esse dissentaneum videtur. Sic autem & in hæc verba ajunt 30, siue marito captivitas infortunium accidit, manente uxore in civitate: live quum uxor in jus captivitatis pervenit, maritus in civitate permaneat: exquilita videtur & subtilis ratio diltrahit matrimonium. Semel enim servitute alteri superveniente, conditionis inæqualitas æqualitatem, quæ in nuptijs spectatur, penamere non patitur. Nos tamen humanitas talia contemplantur, donec certum est superesse maritum vel uxorem, pro non solutis matrimonia haberi finimus: neque ad alias migrabunt nuptias vel mariti vel uxores, nisi penulante id egisse vitæ velint, & in pecnas inciderent, ille quidem exactioris donationis ante nuptias, hæc vero dotis. Hi ergo istiusmodi de captivorum matrimonio pronuntiatione sententiam. Nobis autem neque causa, quam exquilita (ut ipsi loquuntur) subtilis ratio suppeditat, rationi esse consentanea: quæ humanitas, quæ dirimendi matrimonij facultatem præbet, dum ipsos damno subijcit, sincera videtur. Si enim (quemadmodum iniquum) durare matrimonium fortunæ non 31 permittit inæqualitas, quomodo fit ad libertatem revocatur

19 Decimanoa dicitur ab Harm. 6. tit. 2. 20 Enarratio de leg. disti ad l. 23. ff. ad l. Jul. de adul. Gal. trouves sur le just. 21 Et eorum nova pena, quippe nullis precibus adulteris jubetur hæc constitutio, quod veteribus legibus non erat. 22 Adulterium peenam homicidii non minorem meretur. 23 Exaggeratio criminis adulterij. 24 Adulterium olim morte puniebatur, vid. l. 30. in fin. c. ad l. Jul. de adul. 25 Hæc, d. loco. Sic manus furibus præciduntur in Longobard. l. Jul. de adul. 26 Hæc, d. loco. & in partem conspiciendum. l. de consp. 12. vers. si vero criminis qualitas, ad de peccis, manus, autem & narum amputatio dicit. Cf. exaccatio. 27 Exat. 4. Harmenp. 12. §. 4. 28 Vid. quæ disti ad Nov. 134. c. 10. Et Nov. 117. c. 8. ita abrogatur Nov. 22. c. 7. vers. si vero innotuerit. Nov. 117. c. 12. 29 Medicamentum Peonium fuit autem Peon Medicus Decorum, Solutus in prælo. 30 Nov. 22. c. 7. in prin. 31 l. 45. in fin. ff. de ritu. l. 1. ff. de divort. l. 1. l. 56. ff. solido. l. 12. §. 4. ff. de captivis.

captivus,

captivus, quum post matrimonij dissolutionem ad æqualitatem fortuna redeat, amboque in libertate vivat, ad æqualitatem matrimonium non rediit? Quæ vero illa finera humanitas, quæ amicissimum membrum subtractione damnum inferre, aliorumque substitutione id quasi facere conatur? Quomodo item, est uti visum de vilissima quæque captivorum substantia iure statuto ipsorum integro taxetur, illos non ita præstantiore parte (sui nempe membri conservatione) atque rerum suarum iure periclitari vellet, immensumque damnum fore, si altera pars mentis quum negligere in animum inducat, non perveniat ille, qui velis suum membrum revertatur quæ in captivitate detenta fuit: ut illi si velis suum membrum revertatur, ac nequaquam quod alteri conjunctum fuerit, prius matrimonium innovetur. Si enim conjunctum cum altero postmodum intum videbitur aliquibus dissolvi non oportere, quomodo non æquius fuerit, si primus matrimonij nexus in suum statum revertatur? Et si eo quod alienæ parti conjunctum sit, id quispiam avelli non permittat: quomodo quod a sua parte abruptum sit, id in suum locum restitui, rationi non fuerit consentaneum? At dixerit aliquis: Sed in lucrum captivus cedit quod propter alterum temeritate contractum matrimonium, per compensationem poenæ nomine introductum est. Verum hunc sermone non dico non labris exprimi, sed ne in mentem quidem auctoribus ejus venire melius fuerit. Nam quomodo ille, qui membrum suum pecuniis commutat, non extrema mentis infelicitate & perperia laborat? Sancimus itaque, ut nequaquam amplius quæ pars a servitute intacta mansit, ad alterius conjugium procedat: sed quæcumque amittitur, ad alterius conjugium procedat: nisi nullam neque de scripto, neque citra scriptum significationem accipiat, illam expectet. Et quod si prætor hanc legem alterius matrimonij commercio a priori abempti aliquid velint, idque non secundum observationem in Novella centesima decimasextima de uxoris eorum, qui in expeditione sunt, relatum, fiat: sciunt illi, quod postis in dicta constitutione penis subiacent. Insuper etiam (quemadmodum diximus) ut si qui servituti ærumnas sustinet, liberetur, suum si velit membrum recipiat, licebit.

CONSTIT. XXXIV.

DE TUTORE QUI PUPILLAM SUAM VITIAT 4.

Idem Imperator eidem Styliano.

NEfaria res est, si illi, de quibus ea expectatio fuerat, quasi probi futuri essent, jam aliqua fide digni habiti sint, pro bonis atque fidis infelices & infidos se exhibent. In illis autem quibus pupillarum obnoxie existant, si cum pupillis saltatim proficere debeant, ipsorum eversiones existant, tanto id felis gravior 5 est, quanto illorum fides ab his, qui id ipsis injunxerunt, major iudicata est. Constat enim, quod patens persuaum habens, quos pupillaris ætatis relinquunt liberos, ab eo cui cura committenda est, paternum patrocinium senturos, eam cui ita fidem, demandat. Recte igitur superiores fecere, qui pro parte conservatoreque pupillæ deprehensum vitatorem punierunt. Deportationi 6 enim hunc subijcitur, ac bonorum privatione mutant. Verum in decora specie decorum non servarunt, neque ullam injuria affecte graviæ passæ puellæ, ut illius infortunio lucrarentur, suscipere curam viderentur, dum vitatoris bona in fidem statuant esse inferenda: non animadvertentes hinc fieri, ut utlicis quidem injuriam velle, sed in proposito non persistere exultarentur. Ubi enim injuria ultio quando injuria affecto damnum injuria daturum non restat, necesse quæ tenetur calamitatis legibus auxilio effugit? Quale autem calamitatis vitellæ est effugium, quando non modo infortium compensationem non invenit, sed lucrum 7 etiam progressu ætatis ex suo dedecore atque infamia paratum esse videt? Ut igitur hoc lege, tanquam 8 probrum aliquod reprehensione affricatum purgemus, ut vitatoris bona in fidem deserantur abrogamus: jubemus autem, ut eo concedant, quo ipsorum dominus injuriam & infortunium projecerit.

CONSTIT. XXXV.

DE RAPTORIS VIRGINIS, EORUMQUE QUI IN RAPTO ADFUERUNT, POENÆ 9.

Idem Imperator eidem Styliano.

NEque quod ecclesiasticæ legi rebellemus, neque quod civilem simpliciter collidamus, hæc adversus virginis raptorem sententiam profertur: sed posteaquam velut via quadam rebus humanis conducibilis investigata, commiseratione sacre legis id malum quasi insolubile, civilis vero legis austeritate suppressi, cognovimus: in eam sententiam, unde rerum statum plus subsidii esset, inclinavimus. Vult autem civilis lex 10, ut non solum qui per raptum & vim virginem ingentium furarivis, morti addicatur, insuperque supra mortis adjudicationem bonis privetur, verum etiam qui in scelere adjuvamento fuerunt, eandem & poenam & multam sustineant: idque tum etiam, quum voluntarie se mulier raptori dedit. Quin & ejus patrem, si facti consensu fuerit, deportatione puniunt. Neque vero tunc solum, sed etiam, si quum quo tempore raptus committeretur, ejus rei ignarus fuerit, filiolæ vitiationem postmodum parvi pendit, reoque iudicium remittat, aut istiusmodi matrimonium approbet, in incuria poenam deportationem sustinet. Atque hæc quidem veteribus placuerat. Verum sempiterna memorie pater noster non tantum in mulieris raptum, verum

1 Dixi ad Novell. 117. cap. 11. 2 Quid exigitur d. c. 11. 3 Id est, cuius tutelam vel curam gerit, vel gelit, & ita committitur intelligi tradit Clarus 5. ff. de raptu. vers. cum pupillis. 4 Etiamque bonis pupillæ vitellæ addicentis, non sicut ut olim leg. un. l. si quis eam causa sua fecerit, corrumpit. 5 Dixi proditori comparatur violator pupillæ tutor. Quintilianus declam. 284. 6 d. l. un. 7 Hoc est, quod vitatoris vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 8 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 9 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 10 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32.

etiam in circumstantias oculos dirigens, ad illas sententiam accommodat ac facit, ut si eam armis 11, five gladiis, aliisve nonnullis præter gladium lethalis raptus committitur: qui raptum fecit, gladio puniatur: utpote qui eo quod cum armis ad id factum processerit, neque ab homicidio immunis sit: qui vero suppettas 12 tulerit, & cæte tenus non deantur. Quando autem arma violentie adhibita non 13 essent: ut mortem sententia non spectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit: sed raptus auctor manus 14 mutilatione periclitetur, qui vero ministerium 15 præbuerit; alioque se isti rei immiscerit, verberibus, tonsura & deportatione poenas pendat. Ac fene corporalis poenæ hæc est descriptio: Quod vero ad pecuniariam attinet, ne a primitiva legislatione mutetur, ejusque effectum retineat, permittitur 16. Atque hæc quidem pater noster sancit, quorum & nos approbatiorem sententiam suscipientes, legislationem illam & in præsens & in futurum auctoritate & effectu obignavimus.

CONSTIT. XXXVI.

UT CAPTIVI FILIUS 17 HERES SIT 18.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI reipubl. sustentaculum 19 atque fundamentum sunt leges, certo ut illa in tuto sit, sanitatem leges conferrent oportet. Leges autem sanitatem quid aliud quam æquitatem quis dicit? Circa hæc itaque, quo leges, quæ reipublicam nostram gubernant, æqualiter felix habeant, cogitationes nostras obvertentes legem 20 illam, quæ eum qui ex duobus captivis natus est heredem bonorum ejus parentis qui apud hostes mansit, fieri non vult: hæc (inquam) legem, ne legum sanitate (quæ æquitas est) privetur, periclitari animadvertentes, illam ad sanitatem transformare volumus. Nam quod injuste iura statuat, non difficile cogitur est. Quam enim vim locorum naturæ ad ascribendam filio hereditatem habet? Neque vero hoc quisquam obijcit, quod quum patens servus sit, propter servilem conditionem filius exheres erit. Quomodo enim civilis lex, quæ si captivum liberati contigit, illum liberum agnosceret, ex eo naturam heredem esse non permittit: sed qui apud hostes est, servo bonorum administrationem dabit, tum etiam ad quem captivi bona aliquis pertinere parabit? Ad cognationem? At quomodo servitus obstitit his ad hereditatem introitum non præcludit? Aut quomodo, quibus permittitur est, non longe prius heredes esse licebit? An vero filio danda erunt? Verum quomodo manifesta illa injuria non est? Si etenim rationi consonum est, ut 21 captivorum liberi & publico subsidium sentiant: quomodo captivi filium bonis privari, illaque fisco attribui, non perquam evidens injuria est? Quod si sæpenumero, quum nonnulli parentes graviter scientia abusi, atque ideo poenis subiecti, acerbique & visis sublati sunt, liberi eorum substantiæ domini esse lege non 22 prohibentur: quæ ratio est, quomobrem quando pium propolium parentes decorat? & quidem in fidei testimonium effusus sanguis ut eximus ipsorum animus magnusque spiritus ipsam impiis vitæculis esse, per sepe effectus liberi facultatum ipsorum domini esse non permittantur? Nequaquam itaque constitutio 23 illa sana esse nostra Majestati videtur: eaque propter sanctum, uti deceps, five quum captivitas caligine circumfusis parentibus essent, in lucem proditi filius, five etiam in libertatis splendore ipsum mater peperit, parentum substantiæ heres fit: idque five ambobus parentibus & captivitas vinculis liberari contingeret, aut non: five 24 quum unus eorum libertatem nactus sit, alter in calamitatis vinculis vitam finiet: five denique uterque parens in captivitate morietur, extra quam filii mortem testamento condendo præveniant. Tunc enim illi quos testator voluerit, heredes erunt: tamen ut trientis legitimum subsidium filio servetur.

CONSTIT. XXXVII.

UT DOMINI TESTAMENTO MANUMISSUS, SI ILLUM DECESSISSE ADITAMQUE EJUS HEREDITATEM ESSE IGNORET, TESTARI POSSIT 25.

Idem Imperator eidem Styliano.

PREsenti etiam legi plena absolutione deficienti, ejus quod deest ad conditionem decoram formam imponimus. At autem 26, servum qui quum domini sui testamento liber esse iustus sit, id ignorat, ideoque incertis rationibus libertatem obtinet, interea nequaquam propter ignorantiam libertate privari, sed in libertate vivere: ut autem tanquam liber testetur, ipsum potestatem non habere: quæ videlicet illam poenit, quam libertatem dedit, hanc ipsi perpetuo competere. Quum enim illi ut libero de rebus suis testandi facultas non sit, quomodo non ad pristinam servitutem redit? Nos itaque dicimus, posteaquam gradum statumque vite liberum præbuit lex, illam etiam 27 alia quæ libertatem comitantur, præbuitur. Nam si ipsum facere quæ hominibus liberis duntaxat licent, prohibere oportebat, ipsa vero id non prohibuit, sed dignum illum qui istæc faciat iudicavit: quare item istis actionibus quæ proprie libertatis dignitatem competunt, illum non dignabitur? Esto igitur libertate donatus, revera liber, statutoque de rebus suis illi dominus eximias dedit, quomodoocunque visum sit. Non decet enim, ut qui libertatis dignitatem manifeste accepit, ob 28 incertam suspicionem ignominia afficiatur, atque a testando arceatur.

CONSTIT. XXXVIII.

UT IMPERATORIS 29 SERVI DE REBUS SUIS QUOMODO VELINT, STATUERE POSSINT.

1 Quæ opem tulit raptori sine armis. 16 Etiam in re nihil mutatur d. l. unia. 17 Id est, captivo natus. 18 Olim heres non erat nisi ambo parentes posthumum relictos, & ita abrogatur l. 1. c. de post. reor. 19 Legum sustentaculum, ad l. 2. ff. de legat. 3. Ulpian. 20. §. 11. 20 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 21 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 22 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 23 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 24 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 25 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 26 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 27 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 28 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32. 29 Quæ vitæ vitæ vitæ. Scrim. postquam vitator vitæ vitæ. Cujas 17. obs. 32.